



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 87. Quadraginta accusationum capita adversus Servetum coram  
Judicibus prolata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

posito magis opportunam censeret civi- Sæcul. XVI  
A.C. 1553.  
tatem, hinc eo confugerat, verum paulo  
post morti, quam declinare nitebatur,  
ultra occurrebat; Calvinus enim Serve-  
tum eo recessisse haud ignorans Syndi-  
cum accessit, a quo etiam Servetus de  
hæresi accusatus die decima tertia Au-  
gusti rursus in vincula conjicitur, ac  
postera die quæstioni subjicitur.

### §. LXXXVII.

#### *Quadraginta accusationum capita ad- versus Servetum coram Judici- bus prolatæ.*

**C**um ex municipali ejusdem urbis jure  
Accusator ad eandem cum accu-  
sato poenam carceris fese obstringere te-  
neretur, Calvinus vero pro Serveti adver-  
sario haberi nollet, eapropter quemdam  
nomine Nicolaum Fontanam subroga-  
bat, clamque in instruendis judicij actis  
illum moderabatur; nam vero sat simile  
est, quod Fontana Calvini Discipulus,  
ac ei ab epistolis fuerit, unde nonnulli  
Scriptores illum hujus Hæresiarchæ fa-  
mulum, vel coquum fuisse perperam affir-  
mant. Magistratus accusationum capita  
recipit, examinat, eaque ad accusati  
condemnationem sat valida censet, hinc  
nil ultra supererat, nisi ut hac in re  
adeo caute procederet, ne Helvetiorum

Pagis

Sæcul. XVI. Pagis ulla querendi ansa præberetur.  
A. C. 1553.

Eapropter duo excogitabantur media,  
quorum primo decretum, ut Servetus  
circa errores, de quibus accusabatur,  
cum Calvinus in arenam descenderet,  
altero autem præceptum, ut circa sen-

tentiæ pronuntiandæ normam Tribuum  
Helveticarum judicium exquireretur.  
Id tamen antequam fieret, Calvinus cum

Serveto disputare aggressus est, ubi prior  
Iudicræ huic scænæ initium dedit Ser-

vetus, ac vanam doctrinæ suæ ostentatio-  
nem præmittens certaminis sui argu-  
mentum ad tria reduxit capita, in quibus  
de Christo Domino, de Filio Deo, ac  
tañdem de ipso Deo differebat, ac circa  
hæc omnes suos effundebat errores,  
præcipue affirmans, ex eo, quod Deus  
non nisi unus in natura, æternus, invi-  
sibilis, atque incomprehensibilis sit,  
cunctaque creaverit, ac gubernet, om-  
niaque ab eo producta existant, infe-  
rendum esse, quod Christus Dominus  
non sit supremus Deus, sed pura crea-  
tura, eique magnus Dominus, ac Deus  
ingentem potentiam, ac sanctitatem de-  
derit, nec non illius dominio omnia sub-  
diderit, ab illis tamen verbis Prophetæ  
dicentis, quod Christo omnia sint sub-  
jecta, abs dubio excipiendus veniat  
ille, qui ei subjicit omnia. Hunc in mo-

dum argumentabatur Servetus.

§. LXXXVIII.

Lubieniki  
hist. reform.  
Eccl. Pol.  
1685.